

Lacus.

Flumina.

Ratio admini-
strandi.

Nozerethum Nozeroy, quod olim a nucibus dictum Nucillum, sed Ludovicus Cabillonensis ab expeditione Hierosolymitana reversus, muris cinxit, ac *Nozerethum* dici voluit. Hic Comes arcem habet, quæ quia plumbo intecta est, dicitur plumbea. *Salina*, amplissima Civitas, toto terrarum Orbe celebris; ab salis denominatione Fontibus, Saleque inde igne densari solito; qui candore præstans in finitimas regiones exportatis maximum hujus Comitatus est vectigal. Reliquarum Civitatum descriptiones brevitatibus gratia omittimus. Lacus habet hæc *Burgundia* ingentes & mirabiles: Inter eos non postremi loci, cui ab *Foraginibus* nomen mirum Naturæ ludentis opus. Super enim Aqua fit Limus, qui adeo durefcit, ut Continens videatur: super quo tamen Equites Currusque secure non ambulant, sed soli Pedites. Is Cælo pluvioso & nebuloso non emergit, nisi Serenitas sit futura. Tunc per Foramina brevi tempore auctus totam Columbanam planiciem rigat. Inter *Nozerethum* porro & *Ripariam* alius est Lacus in *Bonvalli*, *Lupis*, *Parcis* & aliis *Piscibus* abundans, qui septimo quoque anno in aliquot hebdomadas suffugiens & delitescens, iterum emergit. Quæ res in Miraculum exit, Fidemque vincit. Tractus hujus Comitatus Australior Lacubus scatet: Videre ibi est qui vernacule *Malcieux* Major Minorque; *Narlay*, profunditatis vix credendæ: *Vernoy*, duo *Chamblics*, *Frogeay*, *Ronchaill* & alii. Flumina scindunt eam beantque plurimum non pauca: *Dubis*, *Lougnonius*, *Danus*, *Lupis*: *Dubis* totus ad hunc Comitatum pertinet; $\Delta 83$. Ptolemæo, *Alduabis* Cæsari, si proba sit conjectura *Fulvii Ursini*: in aliis Codicibus *Alduasdubis* & *Alduasdalis* vitiose legitur, Vulgo *Doux*. Oritur ex Monte Iura paullo supra Pagum amœnissimum, quique instar Opidi, motam. *Dubis* porro cœpto ab Meridie in Septentrionem cursu, per Pontium Lacum lapsus, nonnullis anfractibus prætergressus Pontarum, Mortuam & Vafum, Fanum petit S. Hippolyti; unde in Occidentem flexus ad Pagum *Chastelot* versus Africum tendens, Vesuntionemque permeans, & facta ad Dolam Insula post multas ambages receptosque Fluvios prope *Virdunum Arari* commiscetur. Totus etiam *Burgundia* Superioris est *Lougnonius*, vulgo *Lougnon*. *Danum* evomit ex sinu solo recessu Mons arduus *Syrodo*, grandi & celeberrimo Pago, incumbens: Sunt & *Lupus* vel *Lupa*, vulgo *Love*, *Araris* & alia. Quod ad Statum hujus Liberi Comitatus Politicum, quoties Comititia provincialia sunt agenda, tres Status conveniunt, convocante eos nomine Comitum Principe *Arausiorum*, *Nozereti* & *Arlæi Dynasta*. Sunt autem Nobiles, Ecclesiastici, Vrbes. Superioris Diocesis Comites; *Montbellart*, *Roche* & *Varax*, *Montrivel*; *Thalamey* & *Vaulgrenans*, *Vergey*, *Rey*, *Listenois*. Abbates; *Croissant*, *Charité*, *Bitaine*, *Corneul*, *Tulley*, *Clarfont*, *Luxeul*, *Bellevaulx*, *Grace-Dieu*, *Charlen*, *Trium Regum*, Priores: *Vaucluse*, *Lantenans*, *Cusance*, *Marteret*, *Iussy*, *Portus Saosne*, *Montreul ad Sagonam*, *S. Marcelli*. Canonici: *Calmostier*, & alii aliis locis. Vrbes; *Gray*, *Vesoul*, *Montboison*, *Jussy*, *Palma*, *Portus Saone*, *Cromary*, *Montmorot* & *S. Loup*, *S. Martin*, *Taulens*, *Villeneuve*, *Rupt*, *Montgevelle*, *Chastillon* & *Belvoje*, *Constandey*, *Monbaillon*, *Vellefont*, *Dicey*, *Vony* & *Chemysly*, *d'Oizeler*: *Cicon*, *Trasves*, *Rainconnieres*, *Costebrune*, *Sombernon*, *Valle-fault*, *Bermont*, *d'Avilley*, *Mugnay*, *Vereur*, *Touraize*, *Citey*, *Provanchieres*, *Grand-mont*, *Velle Chevreteux*, *Vossey*, *D. pierre*, *Frotey*, *Bental*, *Marey*, *Noironne*, *Tromarey*, *Millesay*, *Maileron*.